

virtus sit, necessarium esse speciale debitum a debito justitiæ commutativæ; unde, si contingeret utrumque debitum simul conjungi respectu eorundem, tunc utraque justitia posset per se elicere illum actum et solvere tale debitum, vel per se solam, vel simul cum alia: illa tamen conjunctio accidentaria est.

15. Atque hinc etiam obiter colligo, servare hanc proportionem, nunquam esse ita per se formale objectum alicujus virtutis, ut separari possit a ratione debiti proportionati tali virtuti; imo in tantum servatur illa proportio, in quantum necessaria est ut unicuique solvatur debitum, quantum hic et nunc solvi potest. Quod si non sit sermo de justitia commutativa respectu eorundem, inter quos fit distributio, sic quidem non video repugnantiam quod actus justitiæ distributivæ, respectu quorundam, oriatur ex obligatione justitiæ commutativæ respectu alterius: ut si minister Reipublicæ, vel elector, ex speciali pacto, vel sti-

pendio, obligaretur ad justitiam distributivam servandam in sua electione vel distributione; quod fortasse non raro contingit in actionibus humanis, non est tamen hoc per se et intrinsece necessarium; nam per se constat illam obligationem commutativæ justitiæ respectu alterius esse valde extrinsecam et accidentariam ad proprium et intrinsecum munus distributivæ justitiæ; sic enim etiam possum ego obligari ex justitia commutativa ad faciendum opus misericordiæ, vel religionis, non tamen propterea dicitur religio vel misericordia fundari in justitia commutativa. Quando vero contingit conjungi illam duplicem obligationem, potest multum conferre ad obligationem restitutionis, quæ ex omissione aut violatione ejus oriri potest; et ideo est attente in rebus moralibus consideranda, quod in particulari facere non est præsentis instituti. Et ideo de utraque obligatione et justitia hæc sufficiat attigisse ad justitiam Dei declarandam, quod in ipsius gloriam cedat, etc.

FINIS OPUSCULI SEXTI.



## INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ

QUÆ IN HOC VOLUMINE EXPLICANTUR.

### EX GENESI.

- CAP. XXXIV, num. 23. *Deus autem meus omnipotens, faciat eum vobis placabilem*, interius inclinando, et moraliter movendo ejus voluntatem, non physice determinando, op. 1, l. 2, c. 6.  
 CAP. XLV, num. 8. *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum*, voluntate scilicet præficiente exaltationem Joseph, ejusque venditionem tantum permittente, op. 1, lib. 2, cap. 5.  
 CAP. L, num. 19. *Num possumus Dei resistere voluntati?* etc., ei, scilicet, qua vult (inquit Joseph) ut vobis parcam, ib.

### EX EXODO.

- CAP. XIV, num. 8. *Si non audient sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis*, id est, qui primo non crediderint, secundo credent, op. 2, l. 2, c. 1.

### PRIMUS REGUM.

- CAP. XXIII, num. 11. *Ait Dominus, descendens, etc.*, id est, certum est venturum esse, si manseris in civitate Ceilæ, op. 2, l. 2, c. 1.

### SECUNDUS REGUM.

- CAP. XVI, num. 10. *Dominus enim præcepit ei, etc.*, id est, permisit, sicut illud, cap. 24, num. 1: *Commovitque David, etc.*, op. 1, l. 2, c. 3.

### TERTIUS REGUM.

- CAP. XVII, num. 9. *Præcepi enim ibi mulieri viduæ ut pascat te, etc.*, ac si diceret: inspirationibus persuasi, juxta Chrysostomum, op. 1, l. 2, c. 6.

### ESTHER.

- CAP. XIII, num. 9. *Non est, qui possit tuæ resistere voluntati, etc.*, quia si vis, etiam illata necessitate potes exequi tuam voluntatem, ut obiter dicitur, op. 1, l. 1, c. 2.

### JOB.

- CAP. XII, num. 24. *Qui immutat cor principum, suasionem, et inspirationem internam, non physica determinationem*, op. 1, l. 1, c. 11.

### PSALMI.

- Ps. XLIX, num. 19. *Declinasti semitas nostras*, id est, sinisti nos declinare; ubi per errorem citantur hæc verba ex Psalm. 104, num. 31, ubi sunt alia verba in vers. 25, quæ eodem modo exponuntur,

scilicet: *Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus*, id est, permisit converti, op. 1, l. 2, c. 3.  
 Ps. LXXX, num. 31. *Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, etc.*, id est, denegavit auxilia uberiora: ibunt sine dubio in adinventiones suas; similiter explicatur illud Psalmi 57: *Averti faciem meam, et abiit vagus*, op. 1, l. 2, c. 6.

Ps. L, num. 12. *Cor mundum crea in me, Deus*, ut principalis auctor meæ justitiæ, op. 1, l. 3, c. 15.

Ps. LXXII, num. 6. *In labore hominum non sunt*, id est, singulari consilio, quem scit ea occasione lapsurum, op. 1, l. 2, c. 3.

Ps. LXXX, num. 31. *Dimisit eos, etc.*, exponitur de divina desertione per negationem uberioris auxilii moraliter necessari, op. 1, l. 2, c. 6.

Ps. CXIII, num. 11. *Omnia quæcumque voluit fecit*. Tamen sicut peccata non facit, ita neque vult, op. 1, l. 2, c. 3.

### ECCLESIASTES.

- CAP. VI, num. 14. *Quod nemo potest corrigere, quem ipse despexerit*, negando, scilicet uberiora auxilia, op. 1, l. 2, c. 6.

### ECCLESIASTICUS.

- CAP. XV, num. 14. *Reliquit eum in manu consilii sui, etc.*, quia vere consultare potest de actu futuro, et libere eligeré, op. 1, l. 1, c. 14.

### ISAIAS.

- CAP. V, num. 4. *Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci*, exponitur de auxilio sufficiente, op. 1, l. 3, c. 6.

CAP. X, num. 5. *Væ Assur virga furoris mei, etc.*, quia ejus peccatum permisit Deus in pœnam populi sui, op. 1, l. 2, c. 3.

CAP. XXVI, num. 13. *Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine*, quia (scilicet) immediate concurris ad omnes actus nostros, op. 1, l. 1, c. 4.

### JEREMIAS.

- CAP. X, num. 23. *Non est hominis via ejus*, id est, opera gratiæ, quæ sunt ad vitam æternam, non sunt in hominis potestate sine Dei inspiratione et auxilio, op. 1, l. 1, c. 11.

CAP. XIX, num. 4 et 5. *Repleverunt locum istum, etc., quæ nec præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum*, id est, quia voluntate signi aut beneplaciti hæc Deus non vult, op. 1, l. 2, c. 4.



## EZECHIEL.

- CAP. III, num. 20. *Ponam offendiculum coram eo*, non quo cadat, sed quo pungatur, ut respiscat, op. 1, l. 2, c. 8.
- CAP. XI, num. 19. *Auferam a vobis cor lapideum, et dabo vobis cor carneum*, cap. 36, num. 26, id est, Evangelicis temporibus abundantiori gratia emolliam corda vestra; 130, vel, si placet, excitanti gratia prædestinatos emolliam, ib.
- CAP. XVIII, num. 22. *Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor*, puniendo, scilicet, æterna pœna, op. 5, disp. 1, sect. 3.

## OSEAS.

- CAP. III, num. 9. *Perditio tua ex te, tantummodo in me auxilium tuum*, etc., ut excludatur peccatum ex Deo esse, actumque malum, etiam pro materiali (ut aiunt) non esse ex prædeterminatione divina, op. 1, l. 2, c. 2.
- CAP. XI, num. 4. *In funiculis Adam traham eos*, etc., beneficiis, scilicet, quæ pro funiculis sunt, obiter, op. 1, l. 3, c. 11.

## MATTHÆUS.

- CAP. XI, num. 21. *Si in Tyro et Sidone*, etc., Ponderantur hæc verba pro certitudine scientiæ conditionatæ, op. 2, l. 2, c. 1.
- CAP. XI, num. 21. *In cilicio et cinere pœnitentiam egissent*, etc., late expenditur ad probandum stare posse ut cum æquali auxilio unus convertatur, et non alius, op. 1, l. 3, c. 20.

## LUCAS.

- CAP. XIV, num. 23. *Compelle intrare ut*, etc., vel laboribus affligendo, vehementi vocatione, et quasi miraculose convertendo, op. 1, l. 3, c. 15.
- CAP. XIV, num. 26. *Et non odit patrem suum*, hoc est non minus quam me diligit, op. 1, l. 2, c. 5.

## JOANNES.

- CAP. II, num. 19. *Solvite templum hoc*, permitto ut solvatis, obiter, op. 1, l. 2, c. 3.
- CAP. 5, num. 9. *Pater meus usque modo operatur*, etc., quia semper immediate influit in omnes effectus, op. 1, l. 1, c. 4.
- CAP. VI, num. 44. *Nisi pater traxerit eum*, per gratiam actualem; op. 1, l. 3, c. 4, vel etiam per specialem gratiam supernaturalis vocationis; item traxerit illuminando, etc., op. 1, l. 3, c. 11.
- CAP. VI, num. 45. *Omnis qui audivit a Patre*, etc., id est, qui vocatur efficaciter discit seu respondet; vel omnis qui didicit, audit a Patre per gratiam adjuvantem, ib.
- CAP. X, num. 28. *Non rapiet eas quisquam de manu mea*, hoc est, quas decreto meæ voluntatis elegi, op. 1, l. 3, c. 16.
- CAP. XII, num. 32. *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*, id est, dabo potestatem hominibus, qua fiant filii Dei, op. 1, l. 3, c. 11.
- CAP. XIII, num. 27. *Quod facis, fac citius*, hoc est, liber es, quod libet facito; ego enim paratus sum ad mortem, op. 1, l. 2, c. 3.
- CAP. XV, num. 9. *Sicut dilexit me Pater*, ut hominem gratis, ita etiam gratis ego dilexi vos, op. 1, l. 3, c. 16.
- CAP. XV, num. 16. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*, ad gloriam intellige, ib.

- CAP. XV, num. 22. *Si non venissem*, etc. De sufficienti auxilio exponitur; op. 1, l. 3, c. 6.

## ACTA APOSTOLORUM.

- CAP. II, num. 23. *Hunc definitio consilio et præscientia Dei traditum*, etc., consilio Judæorum, præscientia vero Dei: vel si consilio etiam Dei, non quidem ordinantis ut peccatum fieret, sed permittentis, et effectum ejus ordinantis in salutem nostram, op. 1, l. 2, c. 5.
- CAP. IV, num. 27. *Convenerunt enim vere in civitate ista*, etc., facere quæ manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. ibid. eodem modo.

## AD ROMANOS.

- CAP. IV, num. 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*, quia de ratione gratiæ est ut gratis detur; et quod ex operibus datur, non gratis datur, op. 1, l. 3, c. 2.
- CAP. VIII, num. 14. *Qui spiritu Dei aguntur*, spiritu nempe excitante, adjuvante et operante, hi sunt filii Dei, op. 1, l. 3, c. 11.
- CAP. VIII, num. 28. *Iis qui secundum propositum vocati sunt sancti*, id est, secundum absolutum et efficacax decretum salvandi illos, ex quo congrua vocatio manat, op. 1, l. 3, c. 16.
- CAP. IX, num. 16. *Non est volentis, neque currentis*, hoc est juxta Nazianzenum, nec est solius currentis, nec solius volentis, etc.; op. 1, l. 3, c. 9, vel potius omnino non est nisi solius Dei, quoad æternam electionem, et præparationem congruæ vocationis et gratiæ, ib., et c. 15; vel potest exponi de primogenitura, quæ non fuit Esau currentis et volentis, sed Jacob, quem Deus elegerat, ib.
- CAP. IX, num. 19. *Voluntati ejus quis resistit* idem est, ac si diceret; Quis potest resistere, op. 1, l. 1, c. 10.
- CAP. IX, num. 21. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem*, etc., et aliud quidem in contumeliam, vas, scilicet, quod dum fingit, scit futurum esse in contumeliam, vel in reprobo, quem Deus permittit sua culpa fieri in contumeliam, op. 1, l. 2, c. 5.
- CAP. XII, num. 36. *Ex quo omnia*, quia ad reales omnes entitates concurrat Deus, op. 1, l. 2, c. 3.

## PRIMA AD CORINTHIOS.

- CAP. IV, num. 7. *Quis enim te discernit*, etc., ut Græci: Quis te aliis præfert? ex eo quod hunc vel illum magistrum habeas? op. 1, l. 3, c. 15, vel, ut Augustinus, Quis te reddendo sanctum a non sancto discernit? ibid., et an Deus discernat, vel simul cum homine, op. 1, l. 3, c. 20.
- CAP. IV, num. 7. *Quid habes quod non accepisti?* quia omnia supernaturalia habemus ex gratia Dei, ib.
- CAP. IV, num. 7. *Quid gloriaris?* scilicet, de te solo, quasi non acceperis a Deo, ib.
- CAP. XII, num. 6. *Operatur omnia in nobis*, quia immediate concurrat ad actiones omnes et effectus causæ secundæ, op. 1, l. 1, c. 4; vel quia omnia opera gratiæ ab eo sunt, op. 1, l. 2, c. 3; vel quia re ipsa exsequitur quæ facienda statuit, op. 4, disp. 1, sect. 2.
- CAP. XII, num. 11. *Dividens singulis prout vult*, ministeria Ecclesiastica, et gratias gratis datas, op. 1, l. 3, c. 15.

- CAP. XV, num. 58. *Scientes quod labor vester non est inanis in Domino*, obiter explicatur, dictum esse ob præmium vitæ æternæ, op. 5, disp. 2, sect. 1.

## AD GALATAS.

- CAP. III, num. 4. *Tanta passi estis sine causa*, persecutiones ob Christum, ex Hieronymo, op. 5, disp. 1, sect. 2; *Si tamen sine causa*, id est non frustra, quia, si a peccato resurgatis, erunt vobis utilissima ad gloriam, ib.

## AD EPHESIOS.

- CAP. I, num. 11. *Qui operatur omnia*, etc. Intentum Pauli et contextus 1 cap. explicatur, op. 4, disp. 1, sect. 1.
- Opera juxta consilium*, non est operari juxta dictamen suum voluntatem determinans, ib.: Sed est libere operari secundum consilium a voluntate acceptatum, ib.
- CAP. II, num. 10. *Creati in operibus bonis*, etc., quia sine ullo merito præcedenti facta est tota justificatio nostra, op. 1, l. 3, c. 15.
- CAP. II, num. 10. *Quæ præparavit Deus ut in eis ambulemus*, per prædestinationem disponendo, op. 1, l. 3, c. 17.

## AD PHILIPPENSES.

- CAP. II, num. 13. *Deus qui operatur in nobis velle*, etc., supernaturale, scilicet, op. 1, l. 3, c. 15.

## AD COLOSSENSES.

- CAP. III, num. 24. *Quodcumque facitis, ex animo operamini*, etc., scientes quod a Domino accipiatis retributionem hæreditatis, propter omnia opera bea-

tudinem essentialem accipiens, op. 5, disp. 2, sect. 1.

## PRIMA AD TIMOTHEUM.

- CAP. II, num. 4. *Qui vult omnes homines salvos fieri*, voluntate, scilicet, simplici, respectu omnium hominum, vera tamen, et non metaphorica, op. 4, disp. 1, sect. 2.

## AD HEBRÆOS.

- CAP. VI, num. 4. *Impossibile autem est eos qui semel illuminati sunt*, gratia, scilicet, baptismi, iterum illuminari eadem gratia, cum baptismus iterari non possit, ex Patribus, op. 5, disp. 1, sect. 1.
- CAP. VI, num. 9. *Confidimus autem de vobis charissimi, meliora*, etc. ac si diceret: Non tam estis peccatis vestris implicati ut diffidere debeatis, ib.
- CAP. VI, num. 10. *Non enim injustus est Deus*, vera scilicet injustitia, et rejiciuntur minus probabiles expositiones, ib.
- CAP. VI, num. 10. *Ut obliviscatur operis vestri*, tam illius quod per peccatum nondum mortuum est, quam jam mortificati, si per pœnitentiam resurgatis. *Et dilectionis, quam ostendistis in nomine meo*, operibus bonis in gratia factis, ib.

## JACOBUS.

- CAP. 2, num. 5. *Nonne elegit Deus pauperes in hoc mundo, divites in fide*, hoc est, eo fine eos elegit, ut divites efficiat in fide, op. 1, l. 3, c. 19.

## PRIMA JOANNIS.

- CAP. 3, num. 9. *Qui natus est ex Deo peccatum non facit*, scilicet, si ut sic natus operetur. Unde additur, *quoniam semen ipsius in ipso manet*, obiter, op. 1, l. 3, c. 16.